~~3112~~ ~~2402~~ 3062.

in præmissis omnibus plenarie per ipsos Satisfactum esse.

Sozanski Sieleckich Quietat

453

Comparens personaliter coram Officio et Actis præsentibus Castrensibus Capitanealibus Præmisliensibus Nobilis Andreas Sozanski Sanus mente et corpore existens â Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibus q[ue] Suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo. Præsenti vero Castrensi Capitan[eali] Præmislien[si] Jurisdictioni quoad actum hunc attinet Secum Successoribus ac bonis Suis generalibus totaliter et plenarie Subijciendo atq[ue] incorporando palam libere publice ac per expressum recognouit. Qui ipse Suo et Nobilis Hrehorij Horodyski nomine Nobiles Clementi Sielecki Kamota dictum. Patrem Andream Sielecki filium. Stephanum Sielecki filiastrum eorumq[ue] posteros de Protestatione Castren[si] Capitan[eali] Præmislien[si] per se Recognitam contra ipsos facta ratione sui recognoscentis in Ciuitate Samboriensi die fori [illegible] nulla de causa vi et violenter aggressionis arre[ptis] rostris bicornis vulgo widły zelazne prius prolatis Nobilis Horodyski aggressionis sui verò recognoscentis ipsiusm[et] concussionis framea euaginata duorum digitoru[m] sucisionis. Deinde pecunia[rum] acceptionis aliarumq[ue] violentiarum perpetrationis: tum de ipsa Voluntate obducto omnis violentijs et prætensionibus quibusuis ad hancusq[ue] [illegible] intercedentibus quietat emittit, dimittit et absolutos perpetuo facit et pronunciat. Pro

testa

3063 ~~2963~~ ~~[illegible]~~

testationem eandem cum sua vulnerum obductione cas-
set mortificat et annihilat, Recognoscens sibi ratio-
ne praemissorum omnium plenarie satisfactum esse.

Horodyski Consorti Suae Reformat.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesenti-
bus Castrensibus Capitanealibus Praemisliensi. Nobilis
~~[illegible]~~ Nobilis Pauli Horodyski cum
Nobili olim Theodosia Hordynska Consorte eius legitima
453 procreatus filius sanus mente et corpore existens a Ter-
ris Districtibus Juribus Jurisdictionibusque quibusvis pro-
prijs et competentibus recedendo, Praesenti vero Ca-
strensi Capitaneali Praemisliensi Jurisdictioni quoad Actum
hunc attinet secum Juribus ac bonis suis generaliter omni-
bus totaliter et plenarie subijciendo atque in eorpore [illegible]
palam libere publice ac per expressum recognovit. Qua-
ipse Nobili Catherinae Bandrowska Nobilis Theodori Ban-
drowski cum Nobili Marina Horodyska procreatae filiae
sui Comparentis Conti legitimae summam Quadringentorum
florenorum Polonicalium Ratione verae Dotis et expeditionis post
ipsam acceptae, et in domum suam importatae: Tum similem
summam Quadringentorum florenorum Polonicalium ra-
tione certi veri, Justi, et liquidi, Dotalitij in et super tota
et integra Medietate bonorum suorum. Intromnium
reditanorum et obligationum mobilium et Immo-
summarumque quarumvis pecuniarum. Necnon Auri
Argenti, Clenodiorum, Unionum, Margaritarum
Stanni Aeris Cupri, Orichalci, Vestium Vestim-
entorum, Equorum, Equitiae, pecorum, pecudum, omnis
supellectilis domesticae nunc habitae et imposterum habi-
tae, in quacunque forma et materia existentibus [illegible]